II. CLEMENS III. [c. 2] [c. 1190. *Romæ forte in Scotiam.*]

Regulares in suos usus convertere non possunt Ecclesias, in quibus jus obtinent patronatus: & si infra tempus Lateranensis Concilii, quando vacant, non præsentent Rectores ad eas, Superior ordinabit easdem.

[d] *Cap. 2. eod. tit. in* II. *Compil.* SIcut nobis [d] tua Fraternitas intimavit, Monachi quidam & Canonici Regulares Ecclesias, quæ ad præsentationem eorum pertinent, in tuo Episcopatu habentes, propriis ubibus deputare nituntur: nec volunt ad eas cùm vacaverint, vocare personas: quin potiùs occasione concessionis quorumdam Episcoporum, Vicarios in eis pro sua institutionе & destituunt voluntate: admissos ita pensionibus onerantes, quòd nec Ecclesiis competenter possunt in paupertate nimia deservire [e], nec Episcopo in Episcopalibus respondere, neque hospitalitatem (sicut convenit) transeuntibus impertiri.

[e] Vide textum cum Glossa in l. societatem, ff. pro soc. & Bald. in l. acceptum, C. de usur.

† Nolentes autem, ut status Ecclesiæ debitus & antiquus, per insolertiam [f] alicujus subvertatur: mandamus, quatenus (nisi à jurisdictione tua exemptæ sint Ecclesiæ supradictæ) prædictos excessus studeas rationabiliter emendare. Et nisi prædictæ personæ infra tempus in Lateranensi Concilio [g] constitutum [h], ad vacantes Ecclesias tibi personas idoneas præsentaverint: extunc tibi liceat (appellatione remotâ) in eisdem ordinare Rectores, qui eis præsse noverint & prodesse; ita tamen, quòd ex hoc nullum Patronis præjudicium in posterum generetur.

[f] *al.* violentiam.

[g] Conc. Lat. sub Alex. III. *cop.* 8. Vide *inf. de concess. præb. c.* 2.

[h] *al.* statutum.

¶ PITH. [2] *Clemens III.*] *Innocentius III. R. Episcopo S. Andreæ.* Extat Epist. Innocent. *pag.* 367. V. C. *Celestinus III.*

III. INNOCENTIUS III. [3] [c. an. 1210. *Romæ in Angliam.*]

Supplet Superior Inferioris negligentiam in Beneficiis conferendis, si tempus Lateranensis Concilii lapsum sit: & collatio per Inferiorem postea facta, non valet.

[i] *Cap.* 1. *eod. tit. in* IV. *Compil.*

[k] Eadmundo.

LIcèt [i] magister H. & R. Procurator R. de sancto Cadimundo [k], super Archidiaconatu Richemundiæ [4] diutiùs litigaverint coram nobis: [*Et infrà α.*] † Ne igitur jus nostrum negligere videamur, qui alios in sua justitia confovemus: mandamus, quatenus si vobis constiterit Archidiaconatum Richemundiæ vacasse per annum (tempore semestri, quo vel ad Archiepiscopum, vel ad Capitulum donatio pertinebat, non à vacatione, sed à notitia computato) cùm pro eo, quòd Sboracen. Archiepiscopus alium Superiorem non habet, extunc fuerat ad nos donatio devoluta, utrique super eo silentium imponatis.

[*α Tamen postmodum auribus nostris est intimatum, quòd neutri eorum de Jure competeret, utpote qui neutri fuerat concessus intra tempus in Lateranensi Concilio definitum.*]

¶ PITH [3] *Innocentius III.*] *Idem.*

[4] *Richemundiæ.*] *Richemond.* Camden. *pag.* 424. Baleus *pag.* 540. Westmonaster. ann. 1020. 1032. in diplomate quod est anni 1072. *Balduinus Abbas Cœnobii Sancti Edmundi consensit.*

IV. IDEM magistro [5] P. de Castro-novo, & R. Monacho Fontis-frigidi Apostolicæ Sedis Legato [6]. [c. an. 1210. *Romæ in Galliam.*]

Si is, ad quem spectat Beneficii collatio, lapso tempore Lateranensis Concilii conferat, non valet collatio, nisi de misericordia toleretur.

[l] *Cap. 2. eod. tit. in* IV. *Compilat.*

[m] Devotionis.

[n] Lateran. Conc. sub Alex. III. *c.* 8.

[o] *al.* eâdem.

[p] *al.* quantò citiùs.

LIteras [l] vestræ Discretionis [m] accepimus, quòd cùm in quibusdam Ecclesiis Legationi vestræ subjectis quædam Beneficia & Dignitates tanto tempore vacavissent, quòd tam Prælati, quàm Capitula secundùm tenorem Lateranensis Concilii [n] essent jure instituendi privati: postquam adventus vester innotuit, in Beneficiis illis personas minùs idoneas instituere præsumpserunt: [*Et infrà α.*] † Discretioni vestræ mandamus, quatenus si Beneficia vel Dignitates noveritis personis idoneis assignatas; eas [o] de patientia permittatis ab ipsis pacificè possideri: alioquin personas amoventes prorsus ab ipsis, eas de personis idoneis autoritate nostra fultulti, non differatis quantocyùs [p] ordinare.

[*α Unde cùm receperitis consilium à Viris peritis, ut tales institutiones ab his, quorum non intererat, & qui propriâ culpâ jure instituendi se privaverant, factas autoritate Apostolica cassaretis, nostrum prius in hoc decrevistis consilium habere. Nos igitur*]

¶ PITH. [5] *Magistro.*] In Regitro 2.

[6] *Legato.*] *Magistro.*

[q] *al.* Zamoren.

V. IDEM Episcopo Samo. [q 7] [an. 1210. *Romæ in Hispaniam.*]

Is, ad quem primo loco spectabat collatio Beneficii, lapso tempore Lateranensis Concilii conferre non poterit.

[r] *In multis antiquis,* Marcelli.

DIlecto filio P. Tituli sancti Marcellini [r] Presbytero Card. S. & R. Procuratoribus P. & G. apud Sedem Apostolicam constitutis, Auditore concesso. [*Et infrà α.*]

† Quia nobis constitit à Salamantino Decano, & ejus sequacibus, post elapsum sex mensium spatium, infra quod Episcopus & Capitulum (prout communiter spectabat ad eos) procedere ad electionem Cantoris neglexerant, electionem supradicti P. minùs canonicè celebratam, eamdem decernimus irritam & inanem: & appellationem à Decano & suis fautoribus interpositam, factum Archiepiscopi (ad quem jam erat eligendi autoritas devoluta) nequivisse aliquatenus impedire: [*Et infrà β.*] Mandamus, quatenus nisi dicto G. aliquod Canonicum obviet; electionem de ipso factam, [r] *al.* submoto. fublato [s] appellationis obstaculo, confirmetis.

[*α Idem A. proposuit coram eo, quòd cùm in Salamantina Ecclesia, in qua Cantoris electio ad Episcopum & Capitulum communiter pertinet, Cantoria vacante dictum Capitulum sæpius Episcopum monuisset, ut ad celebrandam Cantoris electionem, cùm eo pariter convenirei; eodem Episcopo infra semestre tempus id facere negligente, Capitulum uti cupiens jure suo, in Ecclesiæ memoratæ Capitulo, sicut est moris, supradictum Pascha sum ejusdem loci Canonicum in Cantorem elegit, ne quid in ejusdem electionis præjudicium fieret appellando, quam supradictus A. autoritate petiit Apostolica confirmari, ac electionem quam venerabilis Frater noster Compostellanus Archiepiscopus post appellationem hujusmodi de G. Clerico multis criminibus irretito, ac tunc temporis vinculo excommunicationis astricto, fecerat, tamquam minùs canonicè celebratam cassari. Dictus verò Dominicus proposuit ex adverso, quòd emenso sex mensium spatio, infra quod ad Episcopum & Capitulum Cantoris electio pertinebat, Decanus & quidam Canonici Salamantini Episcopo, Archidiacono, & nonnullis Canonicis, qui præsentes in civitate aderant, inconsultis, non consuetâ horâ, vel in Capitulo juxta morem, sed in Ecclesia potiùs, quinquiam Laicis advocatis, stultè & inordinatè nimis eligere præsumpserunt. Et cùm jam dicti Archiepiscopi, qui eosdem propter hoc evocaverat, adire præsentiam noluissent, ipse intelligens eligendi autoritatem ad se juxta Lateranensis statutum Concilii devolutam, supradictum G. in Cantorem elegit, & eumdem fecit de Cantoria corporaliter investiri. Postmodum autem Decanus & sui complices nobis, de his mentione non habitâ, suggerendo quòd Episcopus, qui monitus sæpius infra sex menses eligere noluerat in Ecclesiæ detrimentum, Cantore, qui ab eodem Decano cum majori parte Capituli institutus fuerat, spoliato, alium instituerat in Cantorem, ad Decanum, Archidiaconum, & Archipresbyterum Abulenses nostras literas impetrarunt: quarum autoritate, cùm supradictus G. ab eisdem fuisset Judicibus evocatus, eisdem inhibuit ne per dictas literas procederent contra eum, cùm in eis de sua electione facta per Archiepiscopum, nulla mentio haberetur. Et tum propter hoc, tum etiam quia prima citatione ad loca remota peremptoriè citatus extiterat, tum etiam quia Judices quosdam ex Electoribus dicti P. consanguinitatis lineâ contingebant, ad Sedem Apostolicam appellavit. Sed Judices nihilominus ad Salamantinum accedentes Ecclesium, sæpedictum P. in Cantoriæ possessionem causâ rei servandæ, contra justitium induxerunt. Cùm igitur super his & aliis coram eodem Cardinali procuratores ipsi aliquamdiu litigassent, & ipse nobis fideliter retulisset quæ proposita fuerant coram eo;*]

[*β Quia verò contra personam ipsius G. quædam objecta fuerunt, de quibus nobis non potuit fieri plena fides; Discretioni vestræ per Apostolica scripta*]

¶ PITH. [7] *Samo.*] 2. V. C. addunt: *& Cantori Zamorensi, & Abbati de Moreola Zamorensis diœcesis.* Taxa *de Merola* Ordinis Cistercienſis, Zamorensis diœcesis: *Impression de Meriole.*

DE TEMPORIBUS ORDINATIONUM, ET QUALITATE ORDINANDORUM [a].

[a] *al. &* ordine Præficiendorum.

TITULUS XI.

I. ALEXANDER III. Baton. [b] [1] Episcopo. [c. an. 1163. *Romæ in Angliam.*]

[b] *al.* Londonen. *al.* Bonon. *al.* Arth.

Diebus Dominicis, vel sabbato Pentecostes, sacri Ordines ab alio, quàm à Papa conferri non debent.

SUBDIACONOS [c] autem [d] nulli nisi Romano Pontifici liceat in diebus Dominicis ordinare. Quamvis consecrandi Deo dicatas Virgines, & minores Ordines his diebus habeant licentiam celebrandi. Sabbato quidem Pentecostes non liceat alicui sacros Ordines celebrare, cùm in sequenti septimana (receptâ Spiritûs Sancti gratiâ) celebrentur.

[c] Post Conc. Later. sub Alex. III. *p.* 26. *c.* 27.

[d] *Cap.* 1 *eod. tit. in* I. *Compil.*

¶ PITH. [1] *Baton.*] V. C. *Bathonienſi.*

II. IDEM Episcopo Herfordensi [e]. [c. an. 1165. *Romæ in Angliam.*]

[e] *al.* Herfordiensi.

Non valet consuetudo, quòd extra statuta tempora sacri Ordines conferantur.

SANè super eo [f] quòd moris esse dixisti in Ecclesiis quibusdam Scotiæ, & Valliæ [g] in Dedicationibus Ecclesiarum vel altarium extra jejunia quatuor temporum Clericos ad sacros Ordines promovere. Significamus quòd consuetudo illa (utpote institutioni Ecclesiasticæ inimica) est penitùs improbanda: & nisi multitudo & antiqua consuetudo Terræ esset, taliter ordinati non deberent permitti in susceptis Ordinibus ministrare: nam apud nos sic ordinati deponerentur, & Ordinantes privarentur autoritate ordinandi.

[f] Post Conc. Later. sub Alex. III. *part.* 26. *c.* 23. & *c.* 3. *eod. tit. in* I. *Compil.*

[g] *In uno vetustissimo manuscripto*, Galliæ, *in alio*, Gavvliæ.

III. IDEM eidem. [c. an. 1168. *Romæ in Angliam.*]

Minores Ordines conferri possunt diebus Festis: Sacri verò conferri debent in quatuor temporibus, vel Sabbato sancto, vel Sabbato de Passione.

[h] Post Conc. Lateran. sub Alex. III. *p.* 26. *c.* 25. & *cap.* 3. *eod. tit. in* I. *Compil.*

[i] Vide Magist. Sent. *lib.* 4. *dist.* 24. Adde Concil. Trident. *sess.* 23. *de refor. c.* 2.

[k] Vv. Albanen. Episco. *in prima Collectione.*

DE eo autem [h], quod quæsivisti an liceat extra jejunia quatuor temporum aliquos in Ostiarios [i], Lectores, Exorcistas, vel Acolythos, aut etiam Subdiaconos promovere: Taliter respondemus quòd licitum est Episcopis, Dominicis & aliis Festivis diebus, unum aut duos ad minores Ordines promovere. Sed ad Subdiaconatum, nisi in quatuor temporibus, aut Sabbato sancto, vel in Sabbato ante Dominicam de Passione, nulli Episcoporum, præterquam Romano Pontifici, licet aliquos ordinare.

IV. IDEM [k 2]. [c. an. 1170. *Romæ in Latium.*]

Criminosus occultus moveri potest ne promoveatur ad Ordines: sed prohiberi non debet.

EX tenore [1] tuarum literarum accepimus, quòd N. Clericus adeò deliquit, quòd si peccatum ejus esset publicum, degradaretur ab Ordine quem suscepit [m], & ampliùs non posset ad superiores Ordines promoveri. † Verùm quoniam peccatum ipsius fore occultum dixisti, mandamus, quatenus pœnitentiam ei condignam imponas, & suadeas ut parte pœnitentiæ peractâ [3], Ordine suscepto utatur: quo contentus existens, ad superiores ampliùs non ascendat. Verumtamen quia peccatum occultum [n] est; si promoveri voluerit, eum non debes aliqua ratione prohibere.

[l] Post Conc. Lateran. sub Alex. III. *part.* 50. *c.* 3. & *cap.* 5. *eod. tit. in* I. *Compil.*

[m] *al.* à jam suscepto ordine degradaretur.

[n] Adde quando dicatur peccatum occultum & manifestum, *in l. cum frater*, per Bald. C. *de his quibus ut ind.*

[o] *al.* Turonensi Archid. B.

[p] Post Concil. Lateran. sub Alex. III. *part.* 26. *c.* 22. & *c.* 4. *eod. tit. in* I. *Compil.*

[q] *al.* plenitudine.

¶ PITH. [2] *Idem.*] *Henrico*, Centur. *tom.* 12. *pag.* 1434.

[3] *Parte pœnitentiæ peractâ.*] Vide *cap.* 2. *de eo qui cognov. consanguin. uxor.*

V. LUCIUS III. Archiepiscopo Turon. [o 4] [c. an. 1183. *Romæ in Galliam.*]

Religiosus contra prohibitionem Prælati sui ordinari non debet.

AD aures [p] nostras pervenit, quòd Religiosi quidam ad superiores desiderant Ordines promoveri; sed Prælati eorum desideriis contradicunt. † Tuæ igitur quæstioni taliter respond. quòd honestius & tutius est Subjectis, debitam Præpositis obedientiam impendendo, in inferiori ministerio deservire, quàm cum Præpositorum scandalo graduum appetere dignitatem. Nec est in hac parte Subjectorum desiderium confovendum; quoniam esse potest, quòd Prælati eorum commissa secreta noverint, ex quibus constat eis, quòd salvâ conscientiâ nequeunt sublimari: quia non in sublimitate gradum, sed in amplitudine [q] charitatis acquiritur regnum Dei.

¶ PITH. [4] *Turonensi.*] V. C. *Senonensi*: vel *Turonensi Archiepiscopo.*

[r] Burch. *l.* 1. *c.* 28. tribuit Anicio, ut Pann. *l.* 3. *tit.* 2. *cap.* 3. *al.* Aniceto, ut Ivo, *p.* 5. *c.* 139. *Decr.*

[s] Vide Anaclet. Papam, *Epist.* 2. & Grat. *dist.* 64. *can.* 4. & *dist.* 66. *c.* 1. & 1. *canon. Apostol.* & *c.* 9. *in* I. *Compil. tit. de elect.*

[t] Conc. Arelaten. II. *c.* 5. Burch. *l.* 1. *c.* 27. Ivo, *p.* 5. *c.* 138. & *c.* 4. *tit. de elect. in* I. *Compil.* & concordat Conc. Nicænum *c.* 4. *dist.* 64. *can.* 1. 7. & 8. *apud Grat.*

VI. IDEM [r 5]. [imò Anicetus Papa, fortè an. 171. *Romæ in Galliam.*]

Metropolitanus ab omnibus Suffraganeis consecratur: Suffraganeus verò à tribus, Metropolitano jubente.

SI Archiepiscopus [r] obierit, & alter fuerit ordinandus; omnes Episcopi ejusdem provinciæ ad Sedem Metropolitanam conveniant, ut ab omnibus ordinetur. Reliqui verò comprovinciales Episcopi (si necesse fuerit) ceteris consentientibus, à tribus jussu Archiepiscopi poterunt ordinari: sed melius est, si ipse cum omnibus eum, qui dictus est, elegerit, & cuncti pariter Pontificem consecraverint.

¶ PITH. [5] *Idem.*] Matth. Paris 285. Anton. August. *in not. Collect.* 1. *tit.* 4. *c.* 9. Hoc caput Aniceti est.

VII. EX CONCILIO ARELATEN. [t 6] [an. 452. *in Gallia.*]

Dicit idem quod in præcedenti.

NEc Episcopi sine Metropolitani permissu, nec Metropolitanus sine tribus vel duobus Episcopis comprovincialibus præsumat Episcopum ordinare; ita ut alii Episcopi comprovinciales admoneantur Epistolis, ut se suo responso significent consensisse. Quòd si inter partes aliqua dubitatio fuerit, majori numero Metropolitanus *in Electione* consentiat.

¶ PITH. [6] *Concilio Arelatensi.*] 11. *cap.* 5. Episcopum sine Metropolitano, vel Epistola Metropolitani, & tribus comprovincialibus Episcopis, non liceat ordinare.

VIII. URBANUS III. Archiepiscopo Pisano. [an. 1186. *Veronæ in Tusciam.*]

Ordinatus extra tempora, suspenditur, donec dispensetur cum eo: & Ordinans punitur.

CUm quidam: *Et infrà.* † Episcopum, qui die, quo non debuit, Ordines celebravit; Canonicâ disciplinâ corrigere, & Ordinatos à suscepti Ordinibus tamdiu reddere debes expertes, donec apud nos restitutionis gratiam consequantur.

[u] *al.* Idrotenen.

IX. CELESTINUS III. Hidron. [u] Archiepiscopo [7]. [c. an. 1195. *Romæ in Calabriam.*]

Græci à Latinis ordinari non debent: nec econtrà, si in ritu ordinandi sunt diversi.

[x] *Cap.* 1. *eod. tit. in* II. *Compil.*

CUm secundùm [x] regulas Ecclesiasticas [*Et infrà α.*] † Quia verò (sicut dictum) in partibus Calabriæ *Pars II.*

Latini à Græcis, & Græci à Latinis secundùm alterutrius institutionis observantiam ordinantur; nolumus de cetero commixtiones & consuetudines rituum in Ordinibus observari.

[*α Et sanctorum instituta Pontificum, sacri sint Ordines in certis temporibus conferendi; quidam Græci Episcopi vitiùs sui & consuetudinis observantiam in Latinos Clericos exercentes, eos ad sacros Ordines passim provehunt, qui non sunt præterquam in quatuor temporibus conferendi. Sane sicut latoris præsentium Jo. relatione cognovimus, quòd cùm ipse à quodam Domino, cui serviebat, & ut in Capella sua Divina officia celebraret, cuidam Græco Episcopo foret præsentatus; idem Episcopus Cathamarsen. eum in Sacerdotem promovit, quem postmodum diœcesanus Episcopus ab executione officii, vel suscepti Ordinis credidit suspendendum. Quæ utique consuetudo consuetudini Ecclesiasticæ inimica, & detestabilis est & penitus improbanda, & nisi multitudo & antiqua consuetudo esset in causa, sic Ordinati non deberent permitti in susceptis Ordinibus ministrare. Nam apud nos sic Ordinati deponerentur, & Ordinantes autoritate ordinandi de censura Canonum privarentur. Verùm quia nos plenam de Græcorum observantia notitiam habere non possumus, nec est nobis certum utrum consuetudo sic se habeat,*]

¶ PITH. [7] *Episcopo.*] V. C. *J. Archidiacono.*

X. INNOCENTIUS III. Abbati & Conventui Cariloci [y 8]. [an. 1198. *Romæ in Galliam.*]

[y] *al.* Rarioloci.

Si Monachus unius Ordinis, in secundo Ordine, ad quem transivit, recipit Sacerdotium; ad primum Ordinem rediens in eo libere ministrabit.

EX parte vestra [z] nostro fuit Apostolatui referatum, quòd quidam Monachus vester, se ad nigros Monachos transferens, & habitum eorum assumens, ad Sacerdotii ordinem in ipso habitu est promotus. † Unde quia dubitatis, utrùm in assumpto taliter ordine, ministrare debeat: Mandamus, quatenus (nisi Canonicum aliud [a] obviet) ipsum Monachum, officium Sacerdotis liberè exequi permittatis.

[z] *Cap.* 2. *eod. tit. in* III. *Compil.*

[a] *al.* aliquid.

¶ PITH. [8] *Cariloci.*] Bizuntinensis diœcesis.

XI. IDEM C. Presbytero [b 9] Cardinali, Apostolicæ Sedis Legato. [c. an. 1202. *Romæ in Siciliam.*]

[b] Idem C. tituli S. Laurentii Presbytero, &c. *ut est in* III. *Compil. & in c.* 3. *sup. de usu & auctor. Pall.*

Si Græcus Episcopo Latino subjectus ordinatur, sine Latini licentia à Græco, interdicitur sibi executio: Si verò de licentia, tunc toleratur.

QUod translationem [c] Pontificis: [*Et infrà α.*] † Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd cùm Clericus Græcus Episcopo Latino subjectus, à Græco Pontifice ordinatur; nisi de mandato vel licentia sui Episcopi fiat, interdicenda est ei Ordinis executio sic suscepti, tamquam ab alieno Pontifice sine mandato vel licentia sui Episcopi ordinato. Si verò de mandato vel licentia sui Præsulis, à Græco Pontifice, secundùm morem Græcorum, fuerit ordinatus; licèt culpandus sit Episcopus Latinus, qui Clericos suos à Græco facit Antistite ordinari, quamdiu tamen talis mos ab Ecclesia toleratur, impediri non debet ab executione Ordinum taliter susceptorum.

[c] *Cap.* 3. *eod. tit. in* III. *Compil.*

[*α Super eo verò quod nos consulere voluisti, quòd multi Græcorum Clerici consistentes in diœcesibus Latinorum, ab Episcopis Græcis non in quatuor temporibus interdum omnes Ordines simul, nonnunquam partem recipiunt, qui postmodum prohibentur à Latinis Episcopis celebrare.*]

¶ PITH. [9] *C. Presbytero.*] Joannes de Columpna Presbyter Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus in Romaniam. *Radul. Antissiodor.*

XII. IDEM Mutinensi Episcopo [d]. [c. an. 1202. *Romæ in Æmiliam.*]

[d] & Magistro Uberto, *ut est in* III. *Compil.*

Ordinatus à Papa, sine licentia Papæ ad superiores Ordines non promovetur.

CUm in distribuendis [e]: *Et infrà.* † Meminimus à nobis fuisse suppliciter [f] postulatum, & clementer indultum, ut quia præfatus A. Ecclesiæ Romanæ Subdiaconus erat, mandaremus ipsum per Bononiensem Episcopum promoveri.

[e] *Cap.* 4. *eod. tit. in* III. *Compil.*

[f] *al. &* humiliter.

XIII. IDEM eidem & magistro H. [10] Subdiacono nostro [g]. [c. an. 1202. *Romæ in Æmiliam.*]

[g] Huberto Canon. Medecienſi. *al.* H. Theologo nostro, Modecien. Canonico.

Duo sacri Ordines non possunt conferri eidem uno die, vel duobus continuato jejunio.

LIteras vestras [h] recepimus super inordinata ordinatione Imolensis Electi, quem Bononien. Episcopus præcedenti sabbato in Diaconum, & sequenti die Dominico (continuato jejunio) in Presbyterum ordinavit. In quo quantùm uterque deliquerit, evidenter intelligit, qui prudenter attendit. Si enim utrumque Ordinem eodem die conferre illi non licuit; pari non licuit ratione unum Ordinem uno die, & alium altero [i] jejunio continuato) conferri [k]: cùm propter continuationem jejunii fictione Canonica, sive manè diei Dominicæ trahatur ad sabbatum, sive vespera sabbati ad diem Dominicam referatur; profectò manè cum vespera, seu vespera cum

[h] *Cap.* 5. *eod. tit. in* III. *Compil.*

[i] *al. &* alium in alio.

[k] Vide *l.* 1. & Gloss. *in verbo separatim*, *ff. de ususfr. acc. & Instit. de leg.* §. *si eadem in gloss.*